



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

X. Monachi si clerici fiant, continentiae propositum seruare debent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

Paulus ad Corinthios scribit dicens: *Abstinete vos ad tem-* ^{1. Cor. 7.}
pis, ut vacatis orationi; & hoc vtique laicis præcepit: multo
 magis sacerdotes, quibus & orandi & sacrificandi iuge
 officium est, semper debebunt ab huiusmodi consortio
 abstinere. *Quod si contaminatus fuerit carnali concipi-*
scentia, quo pudore sacrificare usurpabit, aut qua con-
scientia, quove merito exaudiri posse se credit, cum di-
ctum sit: Omnia munda mundis, coquinatis autem & infideli- ^{2. Thess. 1.}
bus nihil mundum? Sed fortasse licere hoc credit, quia scri-
 ptum est: *Unius uxoris virum.* Non permanentem in con- ^{1. Tim. 3.}
 cupiscentia generandi dixit, sed propter futuram conti-
 nentiam. Neque enim integros corpore non admisit, qui
 ait: *Vellem autem omnes sic esse, sicut & ego.* Quod apertius de- ^{1. Cor. 7.}
 clarat, sic dicens: *Qui autem in carne sunt, Deo placere non pos-* ^{Rom. 8.}
sunt: vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu.

X.

De monachis, qui diu morantes in monasteriis postea ^{16. q. 1. De}
 ad clericatus ordinem peruerint, non debere eos a priori
 re proposito deuiare. Aut enim sicut in monasterio fuit,
 & quod diu seruauit, id in meliore gradu positus amitte-
 re non debet: aut si corruptus, postea baptizatus, in mo-
 nasterio sedens ad clericatus ordinem accedere voluerit,
 vxorem omnino habere non poterit: quia nec benedici
 cum sponsa potestiam corruptus. *Quæ forma seruatur in*
clericis, maxime cum vetus regula hoc habeat, ut qui-
quis corruptus baptizatus clericus esse voluisset, sponde-
ret se vxorem omnino non ducere.

XI.

Præterea frequenter quidam e fratribus nostris curia- ^{Diss. 51. Præterea}
 les, vel quibuslibet publicis functionibus occupatos, cle- ^{frequenter.}
 ricos facere contendunt: quibus postea maior tristitia,
 cum de reuocandis eis aliquid ab imperatore præcipitur,
 quam gratia de adscito nascitur. Constat enim eos in ipsis
 muniis etiam voluptates exhibere, quas a diabolo inuen-
 tas esse non dubium est, & ludorum vel munierum appa-
 ratibus aut præesse, aut interesse. Sit certe in exemplum
 sollicitudo & tristitia fratrum, quam saepe pertulimus, im-
 peratore præsente, cum pro his saepius rogaremus. quam
 ipse nobiscum positus cognouisti. quibus non solum in-
 fieriores clerci ex curialibus, verum etiam iam in sacerdo-